UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias distinctè continens

**Bero, Agostino**

**Venetiis, 1577**

Consilivm CLVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96504

Visual Library

teſt, niſi illis duobus, de quibus ſupra, cõcurrentibus:
ergo opponens de uitio litigioſi illa duo probare de-
bebit. Quod cũ in caſu noſtro per partẽ aduerſam fa-
ctũ non fuerit, uitium litigioſi oppoſitũ nihil ſer Tho
mæ oberit. Quinimmò, ut mihi relatũ fuit, tempore,
quo ſer Thomas emit, lis non pendebat, ſed eius in-
ſtantia erat perempta. Itẽ tunc non erat quæſtio, ſeu
lis ſup dominio rei, ſed ſuper poſſeſſione, ergo &c.
¶ Vltimo ad fauorẽ ſer Thomę rei conuenti, ɔ̃ quem
agitur remedio poſſeſſorio reintegrandæ, ſeu recupe
randæ, conſiderandum eſt, ꝙ iſti hæredes Sempronij,
qui ɔ̃ ſer Thomam agunt, ſolum agere poſſunt ratio-
ne naturalis poſſeſſionis, quam penes ſe habebant, ex
ɔ̃ctu locationis factæ ad longum tẽpus, quia ciuilis
poſſeſſio penes Titium dominum, & locatorẽ remã-
ſerat, iuxta not. in l. ſi ut certo. §. ſi duobus uehiculũ.
ff. commoda. & habetur in l. 1. C. de iure emphyt. cũ
ſimil. Item conſiderandum eſt, † ꝙ conductor ad lon
43 gum tempus, ſeu emphyteota, qui certo tempore ca-
nonem ſoluere iurauit, non ſoluendo tempore debi-
to, ipſo iure dicitur factus indignus omni cõmodo,
omniq; iure, quod ex ɔ̃ctu, & inſtrumento acquiſiue
rat, & omni conductionis, & emphyteoſis iure dicit̃
priuatus, maximè hoc uolente domino tacitè, uel ex-
preſſè, ut in d. l. ſi quis maior. ibique Alex. & alij. c. que
relam. & ibi Bal. de iureiur. & traditur per Iaſ. in l. 2.
C. de iure emphyt. iunctis ijs, quæ habentur in auth.
qui rem C. de ſacroſ. eccle. & in c. potuit. de loca. cũ
44 ſimil. Conſiderandum eſt etiam, ꝙ † finita locatione
ad longum tempus, ſeu emphyteoſi ſi conductor uel
let in poſſeſſione naturali ſtare, & continuare, dicitur
à domino, & locatore ui, uel clam poſſidere, ut in ter
minis declarat Bar. in l. 1. in fi. in penul. col. ibi uidea-
45 mus. ff. uti poſſid. Ex quibus infero, † ꝙ in hoc caſu do
mino, ſeu locatori licitum eſt propria auctoritate cõ
ductorem expellere, ac ſua naturali poſſeſſione pri-
uare, ut in terminis uoluit Bar. in d. l. 1. §. interdictum.
46 in fi. 2. col. ff. uti poſſid. ergo ſequitur, † ꝙ ratione hu
ius expulſionis, & priuationis conductori non com-
petat remedium poſſeſſorium reintegrãdæ, ſeu re-
cuperandæ contra dominum priuantem, & expellen
tem, tum quia dominus, & locator iuſte, & iuris au-
ctoritate priuauit, ac priuare potuit, ut ſupra, tum q̃a
conductor facto, & culpa ipſius fuit priuatus, & expul
ſus, uidelicet quia canonẽ debitũ non ſoluit, ut iura-
uit, & ſic fuit in mora, & periuriũ incidit, ac quia uolẽ
do in poſſeſſione naturali ſtare, & continuare finito
iam, & extincto omni iure ſuo, dicitur domino turba
tionem, & violentiã in ſua ciuili poſſeſſione intuliſſe,
quo caſu cõductorẽ à ſua naturali expellere domino
47 licuit ad not. per Bart. in locis præallegatis. Et † reme-
dium reintegrandæ, ſeu recuperandæ non cõpetit il-
li, qui facto, defectu, & culpa ſui ipſius fuit ſua poſſeſ-
ſione ſiue ciuili, ſiue naturali priuatus, ut in c. reinte-
grãda. cũ ibi not. 3. q. 1. c. ſæpe. & ibi Anto. Abb. & alii
extra de reſtit. ſpolia. & hr̃ per do. meũ Soci. & alios in
l. cũ, quæ nobis. ff. de acq. poſſ. Ex quibus omnibus de
bono iure dicti Titij, ſeu Iuſtini eius filii, nec nõ dicti
ſer Thomæ liquidiſſimè cõſtare exiſtimo. Laus Deo.

## SVMMAE.

1 *Ignorantia in facto proprio nõ eſt tollerabilis, & præſertim quan do factum eſt de propinquo.*
2 *Venditione facta à duobus cum pacto francandi, ſeu retrouenden di, emptor uni tantum, altero nolente, retrouendere non po- teſt: & quid ſi unus totum pretium offerat.*
3 *Diuiſio dicitur contractus oneroſus.*
4 *Tranſlatio, & aſſignatio rei in dubio ſolum cenſetur facta quoad ius, quod quis in re habet.*
5 *Et quid, ſi res tranſlata, & aſſignata eſſet cum demonſtratione cer torum confinium ſimpliciter.*
6 *Pretij quantitas, quid uenditum ſit, demonſtrat.*
7 *Promiſſio generalis de euictione ſimpliciter facta ad quid, & quo- modo promittentem obliget.*
8 *Verba pleno iure diuerſimodè ſecundum ſubiectam materiam re- ſtringuntur.*
9 *Promittat ſi quis dare, & concedere rem liberam, expeditam, & uacuam, quid illa uerba liberam, expeditam, & uacuam impor tent.*
10 *In diuiſione ſi res uni ſit adiudicata, quæ ab eo ob ſui naturam, uel ex qualitate ipſi rei inhęrente euincatur, alter, qui etiam de euictione promiſiſſet, non tenetur de euictione.*
11 *In diuiſione ſi fuiſſet uni aſſignata res pignorata, uel alteri uen- dita, & poſtea conducta cum pacto francandi, an, & quando communibus expenſis ſit reluenda, uel francanda.*
12 *Quid ſi alter poſt diuiſionem, & aſſignationem factam affictus pro parte ſua ſoluiſſet.*

## EPITOME.

FVNDVS conductus à duobus fratribus ad affi-
ctum francandum, & cum pacto de retrouendendo
ſi in diuiſione totus fuit uni aſſignatus, non cõmuni-
bus pecuniis, ſed illius tantum, cui fuit aſſignatus, ſi
francare uelit, debet francari, etiam ſi alter illum ple
no iure aſſignaſſet, & de euictione generaliter, & ſim
pliciter pro omnibus rebus illi aſſignatis, ac rem libe
ram, & expeditam dare, & concedere promiſiſſet: &
ius tantum francandi quo ad illum fundum fuiſſe aſ-
ſignatum, ut is illum totum liberè ad ſui utilitatẽ tan-
tum francare poſſit, demonſtratur.

## CONSILIVM CLVI.

IN cauſa illorum de Moneta ad fauorem
do. Nicolai, ꝙ ipſe pro dimidia ad fauorẽ
fratris agentis de ſuis pecuniis frãcare nõ
teneatur, faciunt plura, quæ per dominos
aduocatos ipſius do. Nicolai adducta fuerunt, quorũ
dictis addendo, cõſidero, ꝙ tẽpore, quo hi fratres ad
diuiſionẽ bonorũ ſuorũ ueniunt, ipſi ſciebant prædiũ
Vincentio aſſignatum pro parte fuiſſe hoſpitali alie-
natũ, & ab ipſis pro illa parte conductũ ad affictũ frã-
1 cãdum pro eodem pretio. † Scientia autem probatur
ex eo, ꝙ ipſimet iſta egerunt, & in facto proprio tolle-
rabilis non eſt ignorantia, & præſertim quando eſt fa
ctum de propinquo, ut in l. fi. cum materia. ff. pro ſuo.
c. ab excommunicato. de reſcrip. clemen. ſi unus. de
ſenten. excommunica. cum ibi nota. & habetur in l. ſi
2 res. & ibi Bart. ff. de lega. 1. Itẽ præſuppono, † ꝙ ex quo
ambo fratres ſimul ad affictum francandum condu-
cebant, hoſpitale neutri per ſe tenebatur uendere, ẽt
ſi alter ſolum totum pretium ſoluere, & totam partẽ
illam ad utilitatem ſuam francare uoluiſſet, nam qñ
pluribus factum fuit pactum de francando rem ali-
quam in caſu, quo ipſi prius illã alienaſſent, tunc em-
ptor non tenetur, nec cogi poteſt eam illi uendere,
quia aut nulli, aut utriq; tenetur uendere, ut uolunt
Bar. Pau. de Caſt. & alii in l. ſi quis aliam. ff. de ſolutio.
Bar. in conſi. 195. incip. Angelottus. & in l. qui uſum-
fructum. ff. de vſufruct. lega. & Bal. in l. 2. C. de pactis
inter emp. & uend. Fulgo. tamen in l. quod ſi nolit. §.
idem Marcellus. ff. de ædil. edict. per illũ textum. & in
l. fiſtulas. §. qui fundum. ff. de contrahen. empt. dicit, ꝙ
unus tantum offerendo totum pretium poteſt partẽ
ſuam tãtum acquirere: & glo. in l. uxorem. §. agri pla-
gam. ff. de leg. 3. quã allegat Pau. de Caſt. in d. l. ſi quis
aliam. ſentiens, ꝙ unus tantũ offerẽdo totũ pretium
poſſit francare, debet intelligi, qñ haberet iura ceſſa
ab alio, & ſic nomine ſuo, & fratris de eius mandato
francare uellet, & ita declarat Osbertus de Cremona
in l. ſi legato. §. ſi ſtichus. ff. de manum. teſtam. & ad
propoſi-

propoſitum facit bonus textus in d.l. quod ſi nolit. §.
ſed ſi plures. & quod not. Alexan. in l. fraudati. ff. de
publica. & per Alex.in conſi.76. col.4. volum.5. & in
conſi.127. col.1. & 2. in 2.volu. ¶His ſtantibus,con-
cludo, dictum do. Nicolaum non teneri de ſuis pro-
priis pecuniis frācare ad utilitatem Vincentij ſui fra-
tris, ſed hoc ius francandi ad ipſum Vincentium de
ſuis propriis pecuniis ſpectare in caſu,quo is uelit di-
ctam partem prædii, ut ſupra, conductā francare. Nā
ex quo ipſi fratres ſciebant dictum prædium pro par-
te inter eos quoad plenā proprietatem eſſe cōmune,
& pro parte eſſe alienum,& in hac parte etiam ius ali
quod habere, uidelicet ius conducendi ad certum tē
pus, & ius francandi pro certo pretio, & ſumus in di-
3 uiſione, † quæ dicitur eſſe ɔ̄ctus oneroſus, uidelicet
permutationis, ſiue emptionis, & uenditionis, ut eſt
textus,& ibi glo.in l.1.C.commun. utriuſque indi. &
in l.cum pater.§.hæreditatem ff.de lega.2.& traditur
per Bartolum in l.qui romæ.§.duo fratres.in 1.& 2.q.
ff.de verb.oblig.& fuit aſſignatum dictum prædium
ſimpliciter ipſi Vincentio ſcienti cōditionem, & ius
4 prædii,ſequitur, †ꝙ debet dici, ac intelligi datum, &
aſſignatum pro illo iure tantum , quod do. Nicolaus
in eo habet, ſeu habebat, uidelicet quoad plenā pro-
prietatem reſpectu illius partis, quæ erat ipſorum fra
trum quoad plenam proprietatem , & reſpectu alte-
rius partis dicti prædij aliàs uenditi hoſpitali,& ad af-
fictum francandum conducti quoad ius conducēdi,
& francādi, quod erat inter eos commune, quamuis
ſimpliciter dictum prædium in diuiſione fuerit ipſi
Vincentio aſſignatum inter certos,& nominatos cō
fines per ea, quæ not. cōmuniter concludunt docto.
videlicet Petr.Bal.Ange. Imo.& Alex.in l. ſi domus.
in fi.ff.de lega.1. per textum in l. qui tabernam. ff. de
contrahen.emp.& ita tenet Pau.de Caſt.in l.1. C. qui
teſtam.face.poſſ. poſt Bald.& eſt glo.ibique Salice.in
5 l.1.C.ſi pignus pigno.dat.ſit. Et hoc, †ꝙ i dubio quis
ſolum ius,quod in re habet,transferre uoluiſſe uidea
tur,procedit etiam, ſi res fuerit aſſignata cum demō
ſtratione certorum confinium ſimpliciter,ut not.uo
luit Alex.in l.ſerui electione. §.fi.ff.de lega.1. & Pau.
de Caſt.poſt Bal.in d.l. 1. quamuis in dubio confiniū
deſignatio aliàs ſoleat includere omne id,quod infra
confines continetur.l.ſi fines.C.de euict.& ibi Bal.in
l.ſi fundum.ff.eodem.l.æde ſacra.§.1.ff.de cōtrahen.
emp. & quamuis Aretin. in d.l.ſerui electione. in fin.
contrarium teneat,faciendo differentiam, an ſit cō-
munis pro diuiſo, an pro indiuiſo, tamen cōtrarium
indiſtinctè eſt uerius,& magis, quando eſſet commu
nis pro diuiſo,ueluti expreſsè ibi concludit dominus
meus Socinus, qui docto. ita communiter tenere fa-
tetur,quicquid Aretin.dicat.Et tanto magis prædicta
procedunt,attenta inæqualitate diuiſionis,quæ inter
ipſos fratres reſultaret, ſi diceretur, ꝙ Vincentio to-
tū dictum prædium pleno iure , & quoad plenā pro-
6 prietatem fuiſſet aſſignatum:ſicut† ex quantitate pre
tii præſumitur, ac dicitur uenditum, & tranſlatū ius,
quod uenditor, uel permutans habebat , argumento
eorum,quæ uoluit Pau.de Caſt. in d.l. 1. in d.l.ſi do-
mus.in fin.& ibi Alex.& eſt communis opinio ſecun-
dum Alexandrum ibi,& argumento eorum, quæ ha-
bentur per Bartolum in l. ſemper in ſtipulationibus.
ff.de reg.iur. in l.1.§.1.ff.de ſuperficie. & in l.1. C. de
iure emphyt. Imo.in c. quia propter. col.21. extra de
loca.Bart.in l.meminiſſe. ad fin.ff.de offi. proconſ. &
Alex.in conſi.14.volum.1. ¶Nec obſtat, ꝙ do.Nico-
laus promiſerit de euictione generaliter, & in forma
pro omnibus rebus dicto Vincentio in diuiſione aſſi
gnatis , quæ promiſſio ipſum obligat , quamuis alias
non fuiſſet obligatus, ſi non promiſiſſet, ex quo Vin-

centio cōditionē,& onus ipſius rei ſcienti aſſ
rat, arg.l.ſi fratres.C.cōmun.utriuſque indi.
miliæ cum materia.C.famil.herciſ.quia reſp
7 primo, † ꝙ promiſſio generalis de euiction
mū obligat promittentem,ſi ſequatur eui
per.& per totum. C. de euictio. & in termi
per docto. maximè Salic.in l.ſi familiæ. in
famil.herciſ.ſed in caſu noſtro nulla fuit ſe
ctio,ergo &c.Præterea quis promittendo
ne ſimpliciter tenetur ſolū pro re,quā ded
dit,& aſſignauit,& non ultra,ut de ſe pat
tur per totum ff.& C.de euictio.& de acti
ciunt not.per Bar.in l.quod dicitur.per i
tutelis.& Paul.de Caſt.in conſi.9.& Rom
157.ergo tenebitur de euictione reſpectu
prietatis, quātū eſt reſpectu unius partis
& reſpectu iuris conducendi, & francandi
eſt reſpectu alterius partis, prout dictus do
aſſignaſſe dicitur,& cenſetur. Rurſus,ut co
ijs,quæ ponit Bald.in d.l.ſi familiæ. ad hoc
colaus ſimpliciter pro tota re, & toto pdio
ter ēt reſpectu partis,q̄ erat aliena,de euictio
retur,expreſsè,& ſpecialiter in hoc caſu pro
euictione fieri debebat, & ita intelligat d.l.
ſed in caſu noſtro promiſſio facta fuit ſim
generaliter,ergo &c.¶Non obſtat,ꝙ do.N
ctū pdium aſſignauerit pleno iure, quia re
8 †illa uerba reſtringi diuerſimodè ſecundū
materiam,nā referuntur ad id,quod fuit aſſ
ad ius conceſſum, per not.per glo.in l.iulia
iulianus.& ibi Ang.ff.de rei uendic. & faci
pulatus.ff.de uſuris. ¶Non obſtat ēt, ꝙ do
promiſerit dare , & concedere rē liberā, &
9 qm̄ dico, †ꝙ hæc uerba,ut ipſa ſonant, imp
res ſit libera,hoc eſt nulli ſeruituti reali,ſiue
li ſubiecta per tex. & ibi Bar. & Salic.in l.cum
res.ff.de contrahen.emp.& Bart.in l.mœuius
do.ff.de lega.2.qui inquit ēt,ꝙ ſi quis rē
dere promiſit, hæc uerba ſecundum ſubiectam
riā intelliguntur,ꝙ ſolū ius,quod in re habe
uoluiſſe aſſignare,& ius illud dicatur liberū
ditū:nec aduerſantur not. per Bal.in d.l.ſi fa
ulti.col.ubi per tex.in l.ſi paterfamilias.ff.fa
10 ciſ.inquit, †ꝙ ubicunque in diuiſione fuit
cata res,quæ ſui natura, uel ex qualitate
rente euincitur,non debetur euictio,quia
ſua natura, & qualitate adiudicata, ut eſt
teotica, & feudalis, qm̄ in hac re liberatio
ſecus ubi liberatio cadit ſecundū ordinatio
nis à principio , ut in re pignorata, quia tunc
eſt expenſis cōmunibus luenda. d.l.ſi pater
& hoc procedit,qm̄ ſumus inter ſciētes,ut ibi
At in caſu noſtro in re cadit liberatio ſecund
nationem actionis à principio, quia debet
& liberari,ergo ſi uni fuerit aſſignata,eſt ex
munibus luenda.l rem.ff.famil. herciſ.Ad
11 reſpondetur primo, †ꝙ in hac re liberatio
ſecundum ordinationem actionis à princ
cadit in re pignorata,quoniam conductores
cum pacto francandi conduxerunt,non ten
care , & liberare , ut habetur in l. 2. C.de pa
emp. & uendi.in c.ad noſtram. ibiq; Abb.de
uendit. & in c. illo vos. de pignor. ſicut debi
gnus liberare coguntur,ut per totū, & ma
cōuenerit.ff.de pigno.actio.& per Bar.in l.ſi
lega.1. & ideò res pignorata eſt cōmunibus
luenda,ut in d.l.ſi paterfamilias ſingulis.in d.l.
in l.rē pignori.ff.famil.herciſ.& ratio diuerſ
nā qm̄ res pignorata fuit aſſignata, pleno iure
dominiū,& poſſeſſionē fuit aſſignata.Sed qm̄

na, in qua quis ius aliquod habebat, fuit aſſignata, dicitur quoad ius tantū, qđ ille in ea habebat, ſcienti aſſignati, ut ſupra. Præterea illa iura loquuntur, qñ res nō eſt penes illū, cui fuit adiudicata, ſed penes aliū, ut apud creditorē, uel in caſu nr̄o apud emptorem, qui habēda eſt cōibus expenſis, ut illi aſſignari poſſit, cui fuit adiudicata. Rurſus prædicta intelligo, qñ ſpecialiter de euictione illius rei fuiſſet ꝓmiſſum, & ſpecialiter promiſſum eſſet rē illā liberare, ut colligit ex dictis Bal. in d.l. ſi fundū. in ult. col. Intelligo ēt id, qđ dicit idē Bal. qñ res à creditores per hypotecariā fuiſſet euicta, quia tunc res eſt de cōi pecunia luenda, ſecus ſi non fuiſſet euicta, ſed eſſet penes eum, cui fuit adiudicata, ut colligit ex iis, quæ uoluit Bar. in l. ſi res.
12 ff. de leg. 1. ¶ Nō obſtat, † ꝙ do. Nicolaus affictus pro parte ſua poſt diuiſionē ſoluerit, qa hoc fecit, ne periuriū, eiuſq; pœnā incurreret, non aūt ut ex hoc inferatur, ꝙ ſe ad francandum obligare uoluerit. Et ideò actione familiæ herciſcūdæ id, qđ ſoluit, repetere poterit, ſicuti quādo unus ex pluribus emphyteotis, vel ex pluribus hæredibus emphyteotæ totam, & integrā penſionem ſoluit cauſa euitandi caducitatem, ad tradita per Bart. in l. fraudati. ff. de publica. per moder. in l. 2. C. de iure emphyt. & per Imol. in c. potuit. de loca. & cum negotium fratris dicatur ſoluendo vtiliter geſſiſſe, poterit ēt actione negotiorum geſtorum id, qđ pro fratre ſoluit, cōſequi, quia eum inuitū etiā liberare potuit, arg. l. ſoluēdo. cum materia. ff. de nego. geſt. l. ſi pignori. per gl. & arg. l. hæredes. §. cōtra. & §. ſumus. ff. famil. hercis. & in caſu noſtro prodeſt ipſi Vincentio dicere, ꝙ ſolum ius, quod D. Nicolaus habebat, ſibi dicatur aſſignatū, quoniā modo poteſt liberare ad eius utilitatem tantū francare, cum prius ſolus non poſſet, ut ſupra dictum eſt. Et præterea non eſt uerſimile, ꝙ D. Nicolaus ſimpliciter rem aſſignādo uoluerit ſe ad id obligare, ad quod prius nō tenebatur, argum. l. Arrianus. ff. de actio. & obliga. ſed do. Nicolaus prius francare non agebatur, quia hoc ſibi licitū erat, ſi uolebat per ſ. dicta, ergo &c. & ita de iure magis cōcludēdū fore ſum arbitratus. Laus Deo.

*S V M M AE.*

1 *Tempus quandocunque, & quotieſcunque eſt diſtributiuum, & multiplicatiuum temporis adeò, quòd implicitè multa tempora continet, & in pacto de francando appoſitum quid operetur.*
2 *Pactum de francando apponitur fauore conductoris, & in dubio contra locatorem interpretatur.*
3 *Interpretatio ſemper facienda, vt actus magis valeat, quàm pereat, & ne quis deliquiſſe dicatur.*
4 *Conductorem non poſſe francare, niſi poſt certum tempus, uſurariam ſapit prauitatem, & contractus non valet.*
5 *Locari poteſt res, donec pecunia, & pretium ipſius rei ſoluatur, & quocunque tempore ſoluatur, finitur locatio.*
6 *Vſura tantum pro rata temporis, quo pecunia numerata non fuit, debentur.*
7 *Locatione rei venditæ duratura, donec ſolutum fuerit pretium, ſoluto pretio, merces, & penſio pro portione temporis, quo pecunia numerata non fuit, debentur: & quare non pro rata fructuum, & ſecus ſit in locatione cum pacto de retrouendendo, numero 21.*
8 *Re mihi locata facta mea, pendente locatione, ſolum pro rata temporis, quo durauit locatio, penſio debetur, & quomodo hoc procedat numero 25.*
9 *Idem, ſi conductor re locata toto locationis tempore uti non potuit; & quomodo hoc ſit verum num. 25.*
10 *Penſio rei dotalis in illo anno, quo matrimonium fuit ſolutum, debetur marito, vel eius hæredibus pro rata ultimi anni, quo matrimonium durauit, & non pro rata fructuum, & quare nu. 26.*
11 *Penſiones, & mercedes rei locatæ propter fructus rei locatæ, ſiue conducta, & eorum reſpectu debentur, & non ſimpliciter contemplatione temporis conductionis, & numero 14. & per totum conſilium.*
12 *Conductor non percipiens fructus ex re locata non tenetur ad mercedem, & penſionem, vel ſolum tenetur pro rata fructuum perceptorum.*
13 *Et cum vbertate aliorum annorum compenſare tenetur, vt, quatenus fuerit vbertas fructuum, teneatur.*
15 *Penſio in conductore ex multiplicatione fructuum multiplicatur.*
16 *Vti, frui nil aliud eſt, quàm fructus percipere.*
17 *Conducttor prædij vrbani ad penſionem pro rata temporis, quo re locata uti potuit, tenetur.*
18 *Et quotidiè, donec habitat, fructus ex eo percipere dicitur.*
19 *Penſio fundi locata iuſta conſideratur habito reſpectu ad fructus.*
20 *Conductor ad vnum annum in ſemeſtri fructus omnes percipiens ad integram penſionem totius anni tenetur.*
22 *Venditio, & pactum de vendendo multum inter ſe differunt.*
23 *L. ſicut. in fin. cum l. ſequen. ff. locati. declaratur.*
24 *In locatione tempus, & annus computatur, & conſideratur ex perceptione fructuū, & culturarum, & nō per menſes, & dies.*
25 *Penſio in locatione prædiorum vrbanorum pro rata temporis, quo conductor habitauit, debetur.*
26 *Maritus eatenus fructus rei dotalis lucratur, quatenus matrimonij onera ſubſtinuit.*

## EPITOME.

Locatione ad quinquennium facta Titio cum pacto, ut eidem liceat quandocūque infra quinquennium redimere, & francare, poteſt Titius omni, & qualibet parte temporis infra quinquennium redimere, & francare.

Penſiones, & mercedes fundi locati pro rata, & portione fructuum perceptorum, & non temporis, quo durauit locatio, deberi hic probatur.

## CASVS CONSILII.

*QVIDAM emit fundum à Titio, cui ex interuallo de menſe Maij anni 1507. eundem fundum in quinquennium locauit, pro affictu, & penſione annua in feſto ſancti Michaelis ſoluenda, Cum pacto in continenti appoſito, quòd eidem Titio licitum eſſet, quandocunq; uoluerit, dictum fundum pro eodem pretio infra quiquennium redimere. Contigit, quòd ipſe Titius pro primo anno die conuenta integram penſionem ſoluit, ſecundo uerò anno de de menſe Auguſti poſt meſſes recollectas, aliosq; fructus perceptos, excepta uindemia, obtulit ſeparatum dictum fundum francare, atque redimere iuxta conuenta cum oblatione, ac depoſitione totius pretij, item cum oblatione, ac depoſitione penſionis illius anni pro rata, & portione temporis ſolum, & non pro rata, & portione fructuum perceptorum, nec habito reſpectu ad fructus. Quo fit, ut dubitetur, primo, an dictus Titius poſſit, quandocunq; uoluerit, dictum fundum francare etiam inter meſſes, & uindemias, & ſic poſtquam meſſes, aliosq; fructus, excepta uindemia, perceperit. Secundo, poſito, quòd quandocunque poſſit francare, utrum Titius teneatur ad penſionem pro portione temporis præteriti tantum, an uerò pro rata fructuum per ipſum perceptorum.*

## CONSILIVM CLVII.

QVOAD primum dubium in prænarrato themate propoſitum, cū nulla circa illud uertatur quæſtio, & expreſsè partes in eo conueniant, breuibus me expediam, concludendo, dictum Titium quandocunque poſſe francare, & redimere dictū fundum etiam inter meſſes, & uindemias, qa hoc expreſsè importat pactū inter ipſas

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN